Æ.

D. O. M. A.

DISPUTATIO JURIDICA

De

CONTRACTIBUS IN GENERE.

Quam

Permissu Amplissimæ Facultatis Juridicæ Lipsensis

Sub præsidio

WILHELMI SCHMUCCII

J. U. D. & Prof. publ.

JACOB SCHULTES LIPSENSIS

publicæ disquisitioni subjiciet & defendere conabitur.

Ad diem 9. Iulij hora septima matutina & seqq. in Auditorio D. Petri.

LIPSIÆ,

Excudebat Justus Jansonius Danus.

ANNO M. DC. XXII.

THESIS I.

QUoniam hominum causa omne ius est constitutum:

l. cum igitur. 2 ff de stat. hom.

Obligationes autem, quarum intuitu contractus ineuntur, vinculum juris sunt, quo homines sibi invicem adstringuntur, ad aliquid dandum, faciendum vel præstandum, secundum nostræ civitatis jura:

prin. inst. de obligat. l. obligationum. 3. ff. de obligat. & act.

operæ pretium esse arbitrati sumus, si hoc tempore in genere contractuum prædicata principalia, brevi quadam παρεργικῶς explicaremus, eorundemq; dubia, in illis constituendis occurrentia, sub placidam συζήτησιν vocaremus.

2.

Cum autem non solum, autore Cicerone lib. 1. officior. omnis, quæ à ratione suscipitur de re aliqua institutio, à definitione proficisci debeat, ut nimirum eò melius intelligatur, quidnam sit istud, de quo disputatur; verum etiam Ipse Imperator noster Justinianus, in explicanda, legitimæq; scientiæ studiosis tradenda aliqua juris materia observare formam hanc plerumq. consueverit.

l. 1, in prin. ff de just. & jur. l. 1. ff. de Legib. l. 1. ff. de procurat.

l.1. ff. de cap.min.l 1.ff.de usufruct.l.1. §,2.ff.de pact. l.1.ff. de rit.nupt.l.1.in prin.ff serv. prad. rust. l.5.ff. qui test.fac. poss.l.1.in prin.ff.depos.

Non immeritô & nobis Imperatoris nostri vestigiis insistentibus initium hujus tractationis à definitione faciendum esse duximus.

3.

Porrò vocabulum contractus accipitur in jure nostro bifariam, latè vel strictè. Latè pro omni actu obligationem producente.

l. omnem obligationem.20.ff..de jud..

Strictè pro contractibus,

l. Labeo.19. cum l.seq ff..de verb.signif. l.qui cum alio. 19. l. contractus.23. l. semper 34.ff. R.J. l. exigere. 65.ff. de jud. l. non solum 31. l. ex contractibus 49. ff.de obligat. & act.l.1. in prin.l.certi condictio.9.in pr.& §, 3. ff.reb.cred.l.1.§ debitum 6.ff.de pec.const.l. si ut certo loco 5. §.nunc videndum 3. ff. commod.l. 2 §. omnis. 4.ff.ad SC. Vellejan. l.verum est.4. ff. de compensat.l. si procuratorem 8. in prin.ff. mand. l. si tantum.12.ff.ad SC. Maced. l. & uno 18 in pr.ff.de acceptil.

in qua stricta significatione, & à nobis hic vocabulum contractus accipitur.

4.

Quod autem ad ipsam rei definitionem attinet, propter materiæ hujus difficultatem, multæ ac variæ apud Doctores nostros inveniuntur definitiones.

5.

Quidam enim omissam planè, nuspiamq; contractu-

tractuum inveniri in jure nostro posse arbitrantur definitionem.

Först. memb. 2. c. 4. de pact. Goëd. ad d. l. Labeo ff. de V. S. n. 21.

6.

Quod certè durum admodum, periculosum dubitationisq; plenum esse videtur. Cum non sit verisimile, Jurisprudentiæ nostræ nobilisimæ compilatores, ea quæ ad prima Legum cunabula, ad altiorisq; prudentiæ scientiam maximoperè necessaria videbantur, omisisse; vel etiam planè ea, quæ ad perfectam solidamq; juris cognitionem assequendam maximè facere consueverant neglexisse. Hoc equidem negari non potest, in Institutionibus, sæpè Imperatorem nostrum Justinianum, quoniam illis, tanquam juris compendio, omnia inseri non potuerunt, nos ad latiores D. & C. libros remittere.

uti videre est ex §. rursus 5. inst. de action. § sed olim 2. in fin. de legat. § sed ex 14. in fin. de hered. quæ ab intest. deferunt. §. ult. de publ. jud.

tale quid autem sic in genere & indistinctè de tota nostra juris arte, absque fundamento, nec ulla juris firma ratione affirmari arbitror. Quia jus nostrum est perfectisimum numerisq; omnibus absolutū.

l. 1. §. 2. & 5. l. 2. §. 1. C. de ver. jur. enucl.

7.

Alii verò contractuum equidem definitionem in jure extare nostro, illam autem in d. l. Labeo.

verſ. contractum autem ff. de V. S. poſitum eſſe exiſtimant. Quibus iterum ſuffragari non poſſumus.

8.

1 Anguſtior enim eſſet ſuo definito illa definitio; cum mutuum, ſtipulationem, & reliquos ex una tantum parte obligatorios contractus ſub ſe hac ratione non complecteretur, quos tamen ex numero verorum contractuum propterea rejiciendos eſſe non arbitror.

ut patet ex §. ſed jus. 2. in fin. inſt. de jur. nat. gent. & civil. §. fin. de obligat. tot. tit. quibus mod. re contrah. §. 1. de fidejuß. l. ex hoc iure. 5. ff. de Juſt. & Jur. l. 1 §. 1. l. non ſolum 31. l. obligamur. 52. ff. de obligat. & act. d. l. certi conditio. 9. d. §. 3. ff. de reb. cr. d. d. l. ſemper 34. ff. de R. J. l. 1. § 3. & ult. ff. de pact. l. eandem 9. in pr. ff. de duob. reis. l. prout quidq; 80. ff. de ſol. l. licet 3. §. idem ſcribit 11. ff. de pecul. l. præpoſteri 25. C. de teſtam.

Mutuum namque & ſtipulatio, ut modo probatum, contractus veri equidem ſunt, & tamen nemo illos contractus ultro citroq; obligatorios veré vocaverit. Accipiens quippe mutuum obligatur danti mutuum, non autem viciſsim dans accipienti; ita promittens obligatur ſtipulanti, non autem ſtipulans promittenti. Probabile igitur ac veriſimile non eſt, in hiſce textibus omnib. IC. impropriè vel abuſive locutos fuiſſe, adeoque ejuſmodi contractus qui in numero verorum non reperiuntur, nihilominus inter cæteros veros contractus retuliſſe.

II. Ipſis

II. Ipſis etiam Ulpiani verbis ac menti adverſari hoc videtur. Propoſitum enim illi non fuit, generalem omnium ibi proponere contractuum definitionem, ſed tantum, quid vocabulum acti, geſti & contractus ſignificet declarare, naturamq; & effectum aliquo modo deſcribere eorum, quos mox deinde ſubjecit: emtionis venditionis nimirum, locationis, conductionis, ſocietatis, aliorumque ab utroque latere obligationem parientium. Quæ autem deſcriptio, uti jam dictum eſt, contractibus ab una ſaltem parte obligatoriis accommodari nequit. Ergo etiam ipſe Ulpianus iſtos ibi excluſos eſſe voluit.

10.

III. Non omni ex parte tolerabilis eſt hæc definitio, quia non conſtat legitimo contractuum genere, quoniam loco generis poſita eſt obligatio, quæ tamen legitimum ac verum genus contractuum non, ſed finis eſt.

d. l. 3. in prin. & §. 1. ff. de obligat. & act. §. ſequens 2. Inſt. de obligat. §. 15. quoq; 1. in fin. quib. mod. re contrah. obligat. prin. de verb. obligat. l. 1. in prin. & §. 1. ff. de obligat. & act.

11.

IV. Novum etiam non eſt Labeonis definitiones, interdum propter improprietatem, à J.C. ipſis rejici.

l. ſi quis, 17. §. errorem: 14. ff. de ædil. edict. facit. l. & ele-

ganter

ganter. 7. §. non solum. 3. l. heredibus. 13. §. 1. ff. de dolo. l. 1. §. praeterea. 4. ff. de tut. & rat. dist.

12.

Multi denique aliter definire contractus solent. Sed missis istis, nos contractum, quod sit conventio cum causa definimus,

13.

In qua nostra definitione loco generis ponitur conventio.

l. 1. §. conventionis 3. vers. adeo autem ff. de pact. ubi expresse dicitur, nullum esse contractum, nullam obligationem, quae in se non habeat conventionem.

Et in omnibus rebus, quae dominium transferunt concurrat oportet affectus ex utraq; parte contrahentium. l. in omnibus 55. ff. de obligat. & act.

14.

Ad emtionem venditionem celebrandam requiritur consensus.

l. in venditionibus. 9. in prin. l. quod saepe 35. §. in his 5. ff. de contrah. emt. l. 2. C. eod. l. emtio. 3. ff. de rescind. vend. prin. & §. 1. inst. de obligat. ex cons. §. ult. quib. mod. sol. obligat. l. 1. ff. locat.

15.

Et quemadmodum emtio & venditio contrahitur, si de pretio convenerit; sic etiam locatio & conductio contrahi intelligitur, si de mercede convenerit,

l. 2. in prin. ff. locat.

16.

Societas etiam tamdiu durat, quamdiu consensus partium integer perseverat,

l. Iam.

l. tamdiu. C. pro socio.

17.

Item mandati obligatio consensu contrahentium consistit.

l. 1. in prin. ff. mand. d. prin. Inst. de obligat. ex cons.

18.

Similiter & omnes stipulationes quibuscunq; verbis consensu contrahentium compositæ, suam habent firmitatem.

l. omnes. 10. C. de contrah stipul. d. l 1. d. §. 3. in fin.

Et sic quoq; res sese habet in cæteris contractibus.

19.

Cæterum hic consensus verus est vel quasi.

20.

Verus est, qui verè interponitur.

adde thesin 32. cum seqq.

21.

Et hic iterum expressus vel tacitus.

22.

Expressus est, qui re, epistola', nuntio,

l. 2. in prin. ff. de pact. §. unde 2 Inst. de obligat. ex cons. l. consensu. 2. §. unde 2. ff. de obligat. & act. l. 1. in fin. ff. contrah. emt. l. qui autem. 14. §. ult. ff. de pec. const.

vel verbis

d. l. qui autem 14. d. §. ult.

plerumque declaratur.

23.

Tacitus

d. l. 2. l. item 4. in prin. l. si unus 27. §. si acceptilatio. 9. l. qui in futurum. 57. in prin. ff. de pact. l. post venditionem. 2. C. eod.

qui variis modis ex conjecturis colligi solet. Interdum enim tacitus consensus est is, quando quis scit & fieri patitur;

l. 1. §. Magistrum autem. 6. ff. de exercit. act. l. in rebus. 4. §. fin. ff. precar. l. si remunerandi. 6. §. si passus. 2. l. qui patitur. 18. ff. mand. l. si fidejussor 6. C. eod. l. minus instructus. 2. C. de acquir. poss. l. semper. 60. ff. R. J. l. si verò plures. 5. §. positum. 10. ff. his qui effud. l. alienationis. 28. ff. V. S.

interdum si aliquis non protestatur, vel non contradicit:

l. 1. §. scientiam 3. ff. de tribut. act. §. sed etsi. 8. Inst. quib. mod. Jus pat. potest. sol. l. ult. C. de adopt. l. in adoptionibus 5. ff. eod. l. quoties. 2. in prin. ff. ad municip. Auth. si servus. C. de Episcop. & Cler. l. si ut proponis. 5. C. de nupt. l. cum ostendimus. 4. §. ult. ff. de fidejussor. & nom. & hered. tut. & curat. l. soluto 2. § 2. ff. solut. mat.

sæpè numero cum non prohibet etiamsi posset:

l. in omnibus. 3. cùm seqq. ff. de noxal. act. l. quid ergo. 13. in prin. & §. 1. ff. his qui not. infam. l. an in totum. 3. C. de ædific. privat.

Nonnunquam si nullo modo contrariam voluntatem indicat.

l. honores. 7. in fin. ff. de decurion. l. si pater. 29. ff. de adopt. l. in sponsalib. 7. in fin. ff. de sponsal. l. 1. C. de filiisfam.

24

Quasi consensus est, quando equidem de utriusque partis consensu non satis constat, sed tamen propter aliquod factum interveniens utraque consensisse à Jure fingitur.

quo de plura infra in thesi 35. & 36.

Diffe-

25.

Differentiæ partes, in hac nostra contractus definitione, sustinet causa.

l. jurisgentium. 7. §. sed etsi 2. & §. sed cum. 4. ff. de pact. l. 1. §. debitum 6. ff. pec. const. §. 1. Inst. de obligat. quæ quasi ex cont.

26.

Per quam causam intelligi debet negotium obligatorium à jure approbatum.

l. solent. 15. in fin. l. rogasti me. 19. in prin. l si tibi. 22. ff. de præscript. verb. l. 1. in fin. prin. ff. de æstimat. act. l si in area 35. ff. de condict. indeb. l. nec emtio 8. in prin ff. de contrah. emt. l. aut ubi. 33. ff. reb. aut. iud. l. si & me. 32. ff. de reb. cred. l. in commodato 17. §. sicut 3. ff. commod. l. 1. §. in conducto. 10. ff. depos. l. si quis. 5. §. tutel. 1. ff. de obligat. & act. l. interdictum. 14. ff. precar. l. locatio 2. §. adeò. 1. ff. locat. l. in negotiis 5. ff. R. J. l. si jussu, 4. ff. quod jussu l. quæ fundum 50. in prin. ff. de iur. dot. l. si servus. 70. §. nec dissimile. 2 ff. de legat. I. l. si fundus. 6. ff. de evict. l. inter stipulantem 83 in prin. ff. de verb. obligat. §. tutores. 2. §. heres. 5. Inst. de obligat. quæ quæ quasi ex cont.

27.

Nam in omni contractu, sive ex una tantum, sive ex utraque parte producat obligationem hoc negotium spectare licet.

28.

Si enim v. g inter me & te actum sit, ut mihi mutuo des, hactenus nihil præter nudum consensum, qui ad contrahendum non sufficit actum erit: at si postmodum pecuniam etiam insuper eo ani-

mo numeraveris, & à me accipiatur, non nudum erit pactū, sed causam illam in se continens vel negotium, ut nempe mihi sis obligatus ad reddendam pecuniam.

l. qui negotia, 34. in prin ff. mand. d l. obligationum 3. §, non satis 1. ff. de obligat. & act.

29.

Sic in emtione & venditione non satis est, ut inter nos conveniat de re aliqua emenda, si non etjam simul de pretio convenerimus.

prin. Inst. de emt. & vend. l, 2. in fin. ff. eod.

hinc postmodum emtor ad pretium, venditor autem ad rem tradendam tenetur.

l. ex emto, 11. §. & inprimis 2. ff. de act. emt. l. venditor. 8. ff. de evict.

30.

Et etiamsi merces generaliter promissa sit, locatio & conductio non contrahitur.

l. si merces. 25. in prin. ff. locat. l. si vir 52. in prin. ff. de donat. int. vir.

31

Contractus veri sunt, vel quasi.

§. sequens 2. Inst. de obligat. prin. per quas person. nob. acquir. oblig. prin §. 2. 3. 5. & 6. de obligat. quæ quasi ex cont. prin. de obligat. quæ quasi ex delict. d. l. si quis 5. d. §. 1. ff. de obligat. & act.

32.

Veri sunt in quibus verè ac propriè negotium inter aliquos geritur.

per.

per d. §. 23. 5. Inst. de obligat. quæ quasi ex cont. d. l. 5. de §. 1. ff. de obligat. & act.

h. e. qui consensum habent verum in idipsum ordinatum, ut contractus sit, atq; ex illo obligatio.

33.

Ut in emtione & venditione verè intercedit consensus ab utraque parte contrahentium, in id ordinatus, ut res aliqua certo habeatur pretio.

d. prin. & §. 1. d. inst de emtion. & vend. d. l. 2. in fin. ff. eod.

Ex parte quippe emtoris adest consensus in vendendam mercem; ex parte autem venditoris consensus in pretium ab emtore pro merce dandum.

34.

Et ita quoque res sese habet in locatione & conductione,

prin. inst. de locat. & conduct. l. 1. & 2. in prin. ff. eod. §. 1. Inst. de emt. & vend. l. ult. C. eod.

& in reliquis veris contractibus.

35.

Quasi contractus sunt, ubi nullo propriè interveniente negotio, alter alteri utilitatis causa obligatur.

d. §. 23. & 5. Inst. de obligat. quæ quasi ex cont. d. l. 5. prin. §. 1 & 2. ff. de obligat. & act.

36.

Ut in hereditatis aditione, nullum inter testatorem & heredem propriè intervenit negotium;

d. §. 5. Inst. & d. l. 5. d. §. 2. ff.

contrahere tamen heres videtur, hereditatem adeundo.

l. apud Julianum. 3. in fin. ff. quib. ex causs. in poss. l. pen. in fin. ff. de separat.

37.

Veri iterum certi sunt vel incerti.

l. certi condictio. 9. in prin. ff. reb. cred. l. & uno. 18. in prin. ff. de accept. d. l. 1. d. § 6 ff. de pec. const. l. un. C. de sent. quæ pro eo quod inter. d. l. 1. § ult. d. l. jurisgentium. 7. d. §. 1. & 2. ff. de pact.

38.

Certi sunt, quorum causa in Jure est definita, nomineq; e proprio donata

l. 1. §. 2. ff. de rer. permut. d. l. jurisgentium. 7. d. §. 1.

39.

Si enim v. g. mihi das certam pecuniæ summam, ut tibi rem aliquam dem: hoc negotium à Legibus vocatur emtio & venditio.

l. naturalis. 5. §. 1. ff. præscript. verb.

Quamvis enim aliquo modo contractus hic in genere do ut des vocari possit: tamen quia Jus huic negotio, in quo certa pecuniæ summa, pro re aliqua alteri datur, à genere separavit, nomenque certum illi imposuit, hinc fit, ut in ista generalitate non permaneat, sed in proprium nomen transeat.

d. l. 5. d. §. 1. ff. præscript. verb. d. l. 1. in fin. & d. l. jurisgentium. 7. d. §. 1 ff. de pact.

40.

Incerti sunt, qui ejusmodi causam à jure nostro definitam ac determinatam non acceperunt, proprioq; nomine donati non sunt, sed in generali illa appellatione permanserunt. l. in

l.in quam 3.ff.præscript. verb. d.l.1.d.§. ult.d. l. jurisgentium.7.d.§.1.

41.

Cum enim per rerum naturam ita comparatum ſit,ut plura ſint negotia quam vocabula;

l.natura.4.ff.præſcript. verb.

Fieri certè non potuit,ut negotia ſingula, propriis vocarentur nominibus,ſed, ut commune nomen ſpeciebus accommodaretur ſingulis,certum in jure non habentibus,fuit neceſſarium.

42.

Quoad originem etiam dividi poſſunt contractus in Jurisgentium, vel Juris civilis.

d.§.ſed ius 2. in fin. Inſt. de jur. nat. gent.d.l.ex hoc jure 5. ff.de iuſt. & jur.

43.

Jurisgentium contractus ſunt,quæ cauſam ſuam ex jure gentium habent: Juris autem civilis,qui ex jure civili.

d.l 5. & d.§.2.in fin.

44.

Certi ineuntur re,verbis,literis vel conſenſu.

d.§.fin.inſt. de obligat. §.1.de fidejuſſor.l.5.§.1.l.ex maleficio.4.ff.de obligat, & act.l.græcè 8.§.1.ff,de fidejuſſ.l.1.§.1. ff.de novat.l.prout.80.ff. de ſolut.

45.

Quæ diviſio intelligenda non eſt,ac ſi quidam inveniantur contractus ad quorum eſſentiam,

ſed quod ad omnes res, verba, literæ, atq; conſenſus concurrant non uno eodemq; modo. Et quod à principaliori facta fuerit denominatio. In quibuſdam enim conſenſus, in nonnullis res, in aliquibus literæ, in aliis verba cumprimis deſiderantur, ita, ut ſi unum horum non accedat, quamvis reliqua omnia in re præſenti ſint nihilominus tamen illi contractus omninò nullius ſint efficaciæ & momenti.

46.

Ut enim mutuum contrahatur, non ſufficit, ut inter nos de pecunia mutuo danda conveniat, ſed præter conſenſum, ut res ipſa interveniat, neceſſe eſt.

l, ſi tibi. 17. in prin. ff. de pact.

47.

In emtione autem & venditione res aliter ſeſe habet. Emere namq; poſſum abs te rem aliquam, quamvis in re præſenti non ſimus, & nihilominus per epiſtolam vel nuntium emtionem & venditionem celebrare poſſumus, ſimul ac ita de pretio convenerimus.

d. prin. & §. 1. & 2. Inſt. de obligat. ex conſ. l. 2. in prin. §. 1. & 2. ff. de obligat. & act. l. 1. in fin. ff. de contrah. emt.

quia ad hunc contractum ſolus ſufficit conſenſus.

per jam allegata.

48.

Contractus reales ſunt, cauſam ſuam ex re habentes.

d. l. 1.

d.l.1.§.2.cum seqq. l.obligamur 52.§.1.ff.de obligat. & act. tot.tit. Inst. quib. mod. re contrah.

reales autem ideo vocantur, quoniam præter consensum rem ipsam intervenire necesse est.

d.l.obligamur d.§.1.d.l.si tibi 17.in pr.ff.de pact.

49.

Verbis initi sunt contractus, causam suam ex verbis habentes.

prin.inst.de verb.obligat.d.l.1.§.7.d.l.obligamur.52.§.2.ff.de obligat. & act.l.1.in prin.ff.de verb.obligat.

Per verba autem intelligo congruam interrogationem præcedentem, & congruam responsionem sequentem,

d.l.obligamur 52.d.§, 2.d.l.1.in fin.ff.de verb.obligat.

ita ut absit jocus.

d.l.obligationum.3.in fin.ff.de obligat. & acte

Interceduntq. verba in hoc contractu, non tantum animi declarandi causa; sed etiam, ut ex ipsis verbis obligatio producatur, viq; verborum promissor sit obligatus,

l.stipulationum.5.§.1.l.si ita 126.§.Chrysogonus.2, vers. plerumq.ff.de verb.obligat.

50.

Consensu facti, sunt contractus, causam suam

que verborum, neque scripturæ ulla proprietas desideratur, neq; præsentia omni modo opus est, ac ne dari quicquam necesse est, ut substantiam capiant isti contractus, sed sufficit eos, qui negotia gerunt, consentire.

d. § 1. inst. de obligat. ex cons. d. l. 2. §. 1. ff. de obligat. & act. l. qui ad certum 14. ff. locat.

51.

Hi omnes iterum sunt vel bonę fidei vel stricti juris.

l. si unus. 27. §. pactus 2. vers. Idem dicemus. ff. de pact. l. mora. 32. §. in bonæ fidei. 2. ff. de usur. l. eum. 22. ff. de donat. l. in bonæ fidei. 36. ff. de pecul. l. si servus, 108. §. cum quid. 12. ff. de legat. I. l. in contractibus 3, C. quib. ex caus. major. l. in bonæ fidei. 3. C. de reb. cred. l. in bonæ fidei. 13. C. de pact. l. un. §. sed etsi. 2. C. de re. uxor act. l. hoc jure. 152. § ult. ff. R. J. l. 1. C. de rescind. vend. l. si fraude. 6. C. de præscript. long. temp. l. si quis 11. C. depos.

52.

Contractus bonæ fidei sunt, qui causam suam ex æquo & bono habent, seu ex quibus præstatur id quod æquum ac bonum videtur, interdum etjam id, de quo non convenit.

§. fin. Inst. de obligat. ex cons. §. in bonæ fidei 30. inst. de act. d. l. 2. in fin. ff. de obligat. & act. l. ex emto. 11. §. 1. & 3. ff. de act. emt. §. conductor. 5. inst. de locat. & conduct. l. quæro. 54. in prin. & §. 1. ff eod. l. præses. 17. C. eod. l. fructus. 13. C. de act. emt. l. evictis. 18. ff. de usur. l. in actionibus. 5 §. 1. & 2. ff. de in lit. jurand.

53.

Nec ab iis recedimus, qui hanc qualitatem tribuunt,

buunt, illis contractibus, qui sunt ultro citroq; obligatorii.

arg. d. §. in bonæ fidei. 30. vers. in quo & illud. & §. pen. inst. de de action. tt. de obligat. ex cons.

nixi autoritate Ciceronis lib. 3. offic. qui ex sententia Scævolæ existimat, bonæ fidei nomen manare latissimè, idq; versari in tutelis, societatibus fiduciis, mandatis, rebus emtis venditis, conductis locatis, quibus vitæ societas continetur &c.

54.

Stricti juris contractus sunt, ex quibus præstatur tantummodo id, de quo convenit, & quod expressum est.

l. quicquid. 99. in prin. d. l. si ita. 126. d. §. Chrysogenus 2. vers. plerumq; ff. de verb. oblig. l. quia tantundem. 7. ff. de negot. gest.

ut videre est in μονοπλεύροις, i.e. ex una parte tantum obligatoriis contractibus.

dd. ll: junct. l. si tibi 17 in prin. ff. de pact.

55.

Contrahere possunt omnes nisi prohibeantur.

arg. l. mutus. 43. §. 1. ff. de procurat.

56.

Prohibetur autem I. infans.

II. Pupillus.

prin. inst. de aut. tut. l. obligari. 9. in prin. ff. eod. d. l. contra. 28. in prin. ff. de pact. §. pupillus d. 9. inst. de inutil. stipul. §. nunc admonendi. 2. quib. alien. licet. vel non. §. Is quoq; 1. quib. mod re contrahit. l. Julianus 13. §. si quis à pupillo. 29. ff. de act. emt. d. l. more. 8. in prin. ff. de acquir. vel omit. hered. d. l. 1. §. 3. d. l. quamvis. 32. in prin. ff. de acquir. poss. l. 1. C. de inutil. stipulat. d. l. 1. §. de pupillo. 2. ff. de pre. const. §. praterea. 3. inst. quib. mod. tol. obligat.

58.

Incidimus hic in quæstionem illam intricatissimam, à multisq; juris Interpretibus hinc inde satis agitatam, utrum nempe pupillus ejusmodi, cujus mentio fit in §. sed quod 10. Inst. de inutil. stipul; & etiam aliis in locis (de pupillo enim infante, nullo modo dubitatur illum planè non obligari posse ut in thesi 56 antecedēte probavimus) obligetur absq; tutoris auctoritate naturaliter, civiliter an neutro modo? Nos pupillum talem absq; tutoris autoritate non locupletatum naturaliter;

l. sed si. 24. l. si pupillus. 127. ff. de verb. obligat. l. 1. in fin. ff. de novat. l. cum illud 25. §. 1. ff. quand. dies legat. l. si pupillus. 21. in prin. ff. ad leg. Falcid. l. si ejus 64. in prin. ff. ad SC. Trebell. l. in numerationibus. 44. vers. item si pupillo. ff. de solut. l. si pupillus 35. ff. de recept. arbit.

locupletatum autem civiliter obligari statuimus.

l. furiosus 46. ff. de obligat. & act. l. pupillo. 15. l. in pupillo. 47. in prin. l. si pupilli. 66 ff. de solut. l. ait prætor 3. §. pupillus 4. l. si pupilli. 6. in prin. ff. de negot. gest. l. sed mihi 3. in prin. ff. commod.

mod. d. l. heredibus. 13. §. 1. l. sed & ex dolo. 15. in prin. ff. de dolo malo. l. apud Celsum. 4. §. si quis. 4. ff. de doli mali & met. except. l. eatenus. 10. ff. de instit. act. l. 1. §. an in pupillum. 15. ff. depos. l. si quis. 29. ff. com divid. l. quamvis 8. ff. ad SC. Vellejan. l. dolus 3. ff. quand. ex fact. tut. min. ager. vel con.

59.

III. Prodigus.

l. 1. in prin. l. Julianus. 10. in prin. ff. curat. furios. l. furiosi. 40. ff. de R. J. l. 15. cui bonis. 6. ff. de verb. oblig. l. Fulcinius. 7. §. idemq; 12 ff. quibus ex caus. in poss.

60.

IV. Furiosus.

d. l. 1. §. furiosum 12. l. obligari. 43. in prin. ff. de obligat. & act. l. si tibi. 8 §. 2. ff. de opt. vel elect. legat. l. in negotiis. 5. d. l. furiosi. 40. l. ubi non voce 124. § 1. ff. R. J. l. si à reo 70. §. si à furioso. 4. ff. de fideiuss. l. 2. C. de contrah. emt. § furiosus. 8. Inst. de inutil stipul. §. praeterea 1 quib. non est permiss. fac. test. l. 1. § furiosus 3 ff de acquir. poss. l sed etsi 5. § & ideo 2. ff. ad leg. Aquil. l. si ei qui 2 §. furiosus 3. ff. de jur. codicill. l. Fulcinius. 7. §. planè. 11 ff. quib. ex caus. in poss. l. si cum dotem. 22. §. si maritus. 7 ff solut. matrim.

61.

Quæri hic potest de surdo & muto an etiam sint exclusi? & à contractibus verbis celebrandis illos removeo,

d. l. 1. §. 14. & ult. ff. de obligat. & act. § mutum. 7. Inst. de in-

62.

Res ſub contractus cadere poſſunt, quæ in noſtro eſſe poſſunt patrimonio.

arg.l.ſed Celſus.6.in prin.l.ſi in emtione 34.§.1.l.litora 51. ff.de contrah.emt.prin.inſt.de inutil.ſtipul.l.qui filios.6. C. quæ res pignor.obligar.l.quæ prædium.6.C.ſi alie.res pignor.dat.d.l 1. § ſi id 9.ff de obligat & act d.l. jurisgentium 7.§. ſi paciſcar. 14.ff.de pact.l. multum intereſt.34. l.continuus 317.§ illud.4. ff. de verb.obligat.l.cum ſervus.39.§.conſtat.7.ff.de legat .II. l. quod nullius.182.ff.R.J.

63.

Contractus pariunt actiones.

d.l.jurisgentium.7.in prin.& §.1.& 2.ff.de pact.§. rei perſequendæ.17.inſt.de action. §. non autem 1. verſ. aliquando de perpet.& tempor.act.l.ex contractibus 49.ff. de oblig & act.

64.

Contractus in genere omnes, qui contra leges fiunt,non ſubſiſtunt.

l.non dubium.5.C.de Legib.d.l.jurisgentium 7.§,ait Prætor.7. & §.& generaliter.16.l.contra.28 ff.de pact.l.ex his omnibus. 54 ff.de condict.indeb.l.1.§. illud.7.ff. depoſ. l.pacta. 6. C. de pact.l.ex eo.4.C.de inutil.ſtipul.l.Filius. 15. ff. de condit. inſt. l. illud. convenire. 5.ff.de pact.dot. l. ubi ubi pugnantia. 188. §.1.ff. R, J. l. obligationes.27.ff de obligat. & act.

65.

Hinc illis adverſantur eoſdemq; deſtruunt dolus,

d.l jurisgentium 7.d.§.ait prætor.& §.dolo.9.ff.de pact.l. cum poſteaquam 9.C.eod.l. qui cum 9.§. qui per fallaciam. 2. ff de transact.l.dolo 5.C.de inutil.ſtipulat.l.ſi quis.36.ff.verb obligat.l.diſtrahente.2.C.de reb.al non alien.l.uit ff.de pec.conſt.

l. ea

l, ea verò 3. §. fin. ff. pro socio. l. & eleganter 7. in prin ff. de dolo. l. in causa. 16. §. 1. ff. de min. l. venditor 11. C. de rescind. vend.

vis,

l. illicitas 6. in prin. ff. de offic. præsid. l. si per vim. 4. cum seq. C. his quæ vi metusve. l 1. C. de rescind. vend. l. ex ea stipulatione. 8 ff. condict. ob turp. l. nihil. consensui 116. in pr. ff. R. J.

metus,

d l. illicitas. 6. in prin. ff. de offic. præs. d. l. nihil consensui. 116. in prin. ff. R. J. l. 1. l. si mulier 21. §. quod metus causa. 1. cum l. seq. ff. quod met. caus. l. qui in aliena. 6. §. ult. ff. de acquir. hered. l. ad invidiam. 6. cum seq. C. his quæ vi met. caus. l. si quidem 9. C. de contrah stipul.

Atq; error-

l. si per errorem. 15 ff. de jurisdict. l. consensisse. 2. in prin. ff de jud l. cum testamentum 8. cum seq. C. de juris & fact. ignor. d. l. nihil consensui 116. in fin. ff. de R. J. l. si heres 5. §. 1. ff. de act. emt. l si is 22. ff. de acquir. hered. l. si non sortem. 26. § si centum. 4. ff. de condict. indeb. l. si cum 51. ff. de pact. l. in omnibus negotiis 57. ff. de obligat. & act. l. sed hoc ita 20 ff de aqua & aq. pluv. 66.

Contractus in quovis loco celebrari possunt,

facit d. l. aut ubi 3. ff. reb. aut. jud poss l. 2. C. de jurisdict. l heres, 19. in prin. ff. de jud. tot. tit. ff. de eo quod cert. loco. l. contraxisse. 21. de obligat. & act.

qui tamen locus plerumq; civitatis vel regionis appellatione venit.

Eſt enim contra naturam templorum, ut ibi celebrentur contractus, quoniam non domus contractuum, ſed precationum vocantur.

Matt.21.v.13.Marci 11.v.17.Lucæ 19.v.46.Eſai 56.v.7.

Et quamvis hoc ipſum per conſuetudinem in aliquibus locis introduci poſsit, illam tamen planè irrationabilem per jam allegata eſſe arbitror.

67.

Ultimo hic loco quæſtio moveri poteſt, an in teſtamento etiam cõtractus celebrari poſsit? Quod omninò exiſtimamus.

facit l. non eſt mirum. 26. ff. de pignor. act. l. Lucius Titius 12. ff. de alim. & cibar. legat. l. cum hi 8. §. Si uni. 15. ff. de transact. l. fundus. 9. ff. de annuis legat. l. quidam. 46. ff. de hered. inſt. l. ſi Titio. 16. ff. legat. II. l. ex ſententia 29. ff. de teſtam. tut. l. uxori 18. §. 1. ff. ad Leg. Corn. de. fal. Et quia nuſpiam etiam hoc in jure prohibitum legitur.

F I N I S.